

00-161511

Abb. 36.



3. C. H.
1174.







Joannis Eckii
pro Hieronymo Em-
 ser contra malefanam Luteri Ve-
 nationem responsio,
 SOLI DEO GLORIA,



IN NOMINE DOMINI IESV REVEREN
dissimo Dño / dño Ioanni de Schleynitz insignis
ecclesie Misneñ epō dignissimo. domino suo
colēdo Ioan. Eckius salutem optat
in Domino Iesu,

cōcilia
Augu.
Hiero.
Mos
Luteri

Sacrum concilium Elibitanum, salubriter cōstituit
ne episcopi, præsbiteri vel diaconi venent: quod in
decretalibus subinscriptiōe Aurelianē concilij re-
narratur. Et .S. Augustinus artē venatoriam dicit
neglissimā: & Bern. Hiero. super psal. lxxx. Esau venator erat
qm̄ peccator erat: & penitus non inuenim⁹ in scripturis sanctis
sanctū aliquem venatorē: piscatores inuenimus sanctos: quorū
sum ista attinet. Reuerende præsul, quod Martinus Lutterus,
& sacerdos & Theologus, & monachus. Venatorē agit: et mi-
te quidē esset si feras. apros, ceruos, aut hinnulos insectaret p̄ sal-
tus, nemora. cāpos apricos: hominē venat in fontē. Hiero. Em-
fer integritate prudētia: et eruditione cōspicū. in ecclesia dei. Il-
lū quoq; venatur non clamoris canibus: non cupidis molossis
sed infœlicibus scriptis. maledico ore. impudenti calumnia. nu-
gis. gerris. mēdacijs. ac alijs hmōi generis teterrimis monstris.
His em̄ artibus. detractiōe. male. licentia. & ledorij. magnum
sibi nomen parare nititur Lutterus religionis. & professiōis sue
immemor. Quæris autē Dignissime antistes quæ causa Luttero
fuit Theoninū dentem exacuendi in meum sacerdotem. hone-
state & grauitate morū spectabilem. Dicam: Vicini tui scisma-
tici & hæretici Boemi (de fidelib⁹ omni laude dignissimis non
loquor) rati se patronum inuenisse erratuū: publicas preculas
deo porrexerunt pro Luttero: vt victor euaderet cōtra me in di-
sputatiōe Lipsenē. at deus peccatores non exaudiuit: submiserūt
etiā aliquos suæ farinae homines / qui disputationi Lipsensi in-
teressēt. Dixerat Luterus. aliquos articulos Hussiticos esse chris-
tissimos & euangelicos. agentibus iniquissimis adulatori-
bus a concilio Constantienē condemnatos: reueritus autē Emse

rus/ne heretici & scismatici fidelibus insultaret: et de tanto patre
no gratularentur: epistolam ad Catholicam ecclesiam Pragensem Admi-
stratorem destinavit: quo vir bonus. et veritatis fidei nostrae com-
munionis assertor fidissimus/haberet quo fratres consolaretur
& erigeret: ac vanos triumphos scismaticorum comprimeret.
Tanta autem gravitate & modestia scripsit Emserus: ut nullus vir
bonus et prudens. huiusmodi descriptionem improbare possit: et
de quo Lutterus: si animarum salutem quaereret. sicuti plures mit-
tit in interitum. maximas deberet agere gratias. Sed impaciens fra-
ter solita maledicentia percitus biliose nimis in eum scripsit / et in
tragedias duxit ac in fabulas. Aegocerotam illius venando impu-
dentissime. contra fraternam dilectionem: fidem quoque nostram
Boemis irrisui exponens: et cum aliqui Vuittenburgeni morda-
cissime scribant siquidem tela habent tincta veneno: tamen semper
dicunt. Noli me tangere: nec in minimo attrectari volunt: cum
autem plerumque mordax ille cuculatus: et me venari studeat: mo-
do haberet canes / quibus me capere posset: vestigia enim mea asse-
qui nequit: cogitavi hanc Lutteri venationem destruere. et illum
suis cassibus. plagis. et rictibus irretire. sperans in eo / qui libera-
bit nos de laqueo venantium. et a verbo aspero. ¶ Nam quod pri-
mo miratur Emserium factum patronum Lutteri excusantem illum con-
tra quam Eckius inter disputandum eum incusauerit. Boemicae fa-
ctionis patronum. At non egit hoc sua epistola Emserus: neque
enim ita curat vaniloquum monachum: sed de catholicis Boemis sol-
licitus contra scismaticos explicat illum improbasse Boemorum
ab ecclesia Rom. recessum: fidei ergo patrocinatus est Emserus
non Lutero quare Ioabo non erat comperandus: et omnino in-
tollerabilis est compatio: quod ob tam grauem. sinceram. et chris-
tianam epistolam. Iudae proditori. sacerdotem tam innocentem
ac integrum assimilare audet: et quod pro bono fidei / quod pro
solatio fidelium quod pro scismatis et erroris extinctione scri-
psit in miliciam christianam iuratus: hoc cuculla illa tabifico li-
uore ascribit inuidiae Emseri / qui ob odium Lutteri / animam
diabolo consecrauerit: quid non audet effrenis monachus. Nes

Emse-
rus cur
scripsit

Causa
scriben-
di.

psal.

Lutero
maledi-
ctus con-
paran-
do.

A ij

**Aegoceros
Emseri.**

**Eckio
querit.**

**Christo
regnat**

**Lutter
Catho
licus
dicitur
ab
Emsero.**

mini profecto nocere voluit Emser epistola illa: sed prodesse fidelibus: & tam acerbe in eum inuehitur Bardocuculla: ut Lucianum omnino superare contendat. Nugat dein more suo satis hyperbolicè Lutterus quod Emser Aegoceros suum sine feno fecit & quod in stemmate non est integer: quæ mimus quilibet super cuiusque principis insignibus ludere posset: tamè crede mihi luterè & ipse fenum in cornu gerit: ubi opus est. ¶ Porro fingit se herere inter saxum & facrum: quæ diu tamè scylla et charibdi absorptum scio: male formidans, ne Eckio veritatis catholice patrone lampada tradat: deus dei: ut aliquando iudicium felicitis studij parrhisini prodeat: quo ille non Eckio (quod gloriam meam non querat) sed veritati herbam porrigat: & simplices christianos seducere, & erroribus implere desinat. At vnum fidelium dominum & caput, sibi arrogans ut christus meus vivit & regnat & hoc quidem verum: sed apertius sentiet eum vivere & regnare: cum eum pro tot heresibus & scandalis in ecclesia ortis, ac perversis doctrinis (nisi resipuerit) puniet & huius insanæ venationis ac maledicæ audet Lutterus Christum autorem constituisse: quasi mititatis magister docuerit vniquam tam effrenem maledicentiam: ac perfricatam detractionem. ¶ Primum dicit mi Emser dissimulo blandiloquia tua, oscula ischariothica: ubi & mendaciter audet mihi imponere: quod verba sacra scripturæ Lipsiæ non adduxerim: nec adducta tractare nouerim: at edita olim disputatio, fidissimis notarijs excepta, & felicitis studij parrhisini iudicium, manifestabit quam falsum dixerit arrogans frater: postea arguit Emserum quod lutherum dicens catholicum / nolit dogmata Lutterana probari Boemis, obijciens illud puerorum partibus ex puris: larualem autem syllogismum sibi fingit venator: ut liberius in Emserum inuehatur. At candidus lector satis aperte ex epistola Emseri intelligit, eum noluisse ut hæretici insultando fidelibus gloriantur se habere Lutherum catholicorum doctorem: patronum factionis suæ: ideo citat, quam constanter hoc Lutterus lipsiæ negauerit. ¶ Imponit dein pro lidio lapide haberi ab Emsero: quidquid

Boemis placet/hoc hæreticum esse: sic mendacijs suis inuertit
& corrumpit verba sacerdotis dei luterus: sic & sacras tractat
litteras: nunquam hoc in Epistola dixit Emser: sed somnium
est luteri: vt procacitate maiori: in fontem calumniari posset sic
fimbrias dilatat gloriosus Trafo: & popularem aurem captat
scimus nullum esse tam impotentis animi: tam ve erronei: cui
non & plurima bona placeant vti Emser & Bedam ad hoc in-
ducit q̄re Bard⁹ monachus nō hoc Eckianę dicat esse dialectice
aut emseranę, sed dicat esse delirij luterani & mendacij: istis ra-
tionibus non pugnamus: sed istas fingit ineptias: & nobis im-
ponit: quo doctus videatur nos vero rudiusculi. Quare inane
est quod garris cur non & iudeorum dicatur patronus. Ego
hic luterō respondeo: quod si inuenirem ipsum dicere aliquos
articulos iudeorum ab ecclesia damnatos, esse catholicos: ego
æque dicerem eum iudeorum patronum: sicut Bohemorum:
frustra ergo arundinem ventilat vel omne boemorum placitū
esse hæreticū: vel omne quod eis displicet catholicum: cum nul-
lus id dare possit, nisi trunco insensatior, sicut lutter⁹ est. Quod
ex diuersis mundi partibus littere, ad eum veniunt, insignem ei
us temeritatem adiuuantes: ne palinodiam recinat: quam bene
faciant errorum patroni ipsi viderint: non enim solum qui ma-
la faciunt: sed etiam qui consentiūt faciētibus morte digni sunt.
Vnde non sola suspitione motus fuit Emser ad scribēdum: sed
rei euidentia: & quia notorium erat publicas præculas pro lute-
ro fieri, notoriū & euidens est: quomō gloriati sunt super lute-
ro, notorium est quō luterō litteras congratulatorias misere-
runt: taceat ergo rabula, exclamare nihili Theologos suspitio-
ne & timore pugnare contra hæreticos: talem prædam venator
ille robustus Nemroth (id est animarum deceptor dicit glosa
interlinearis Gen. x.) sibi pro libito fingit: venētur ergo hirco-
ceruos & figmenta sua. Denuo falsum est quod Theologi duobus
locis vtantur argumentando. scilicet placitum & displicitum he-
reticorum: sed quod tumide nimis ac supbe irreligiosus mona-
chus in disputatione lipsica dixit. aliquos articulos Hussiticos

Quod
hussite
placet
Beda

Paul⁹
ad Ro

In lib^o
ro Ge.

Cur le-
tentur
hussite

A iij

a sacro vniuersali Constancien. concilio dānatos esse chrīanissi-
 mos et euāgelicos hanc sacrilegam vocem et diabolicā patroci-
 nari erroribus hereticorū: hanc eis placere. super ea gloriari. in-
 sultare per eam catholicis quis fidelis non intelligit. Hoc nos
 docuit Grammaticæ Theologie doctor / cum noua sua Theo-
 logia Lutterus: ille est verus Theologus & solus Eckius et alij
 sunt nihili Theologi. Quod rursus nugatur Bardocuculla / me
 in anem sciētia scripturarum: more suo facit / idest hystrionico:
 quasi tribus septimanis: non aliud adduxerim argumentum:
 quam ex Hussiticis articulis: hanc calumniosam stropham be-
 ne intelligunt domini Lipsen / et omnes futuri disputationis le-
 ctiores. ¶ Deinde Molossum emittit subdolos venator qua-
 si scripserit Dominus. Emser. vel intellexerit / eum non damna-
 re dogmata Luteri / sed q̄ Boemis erronea dogmata placent:
 quorum autorem falso putent ipsi luterum. qd̄ et si in epistola il-
 la nunq̄ fecerit. Do. Emser: sit ita vt somniauit Luterus in stra-
 mine: sed cornutū videam⁹ cornuti venatoris dilemma: cū p̄po-
 nat / q̄ si Emser voluerit alia dogmata placuisse Boemis q̄ que
 in libris suis legerint: q̄ si iste libros vnq̄ ediderit q̄ fermuculos
 incoctos et erroneos ad plebeculā seducendā inuulgauit tñ hoc
 Em. in ep̄la nullibi affirmat: sed luter. p̄ asserto assumpsit vt iter
 haberet mentiendi (hui venandi dicere volui) ad cornutum ar-
 gumentum. Quod si mea dogmata ait Lutterus / probarent: et
 Emser iam falso eos probasse garriat: quia Boemorum recus-
 sauerit patrociniū: hinc sequi. vel. Do. Emserum falsum dice-
 re: vel Luterum reuocasse dicta sua. At ait David. Cornua pec-
 catorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti: capricor-
 nus igitur venatoris robusti confringatur: nam: Do. Emser cer-
 te non mentitur: sed videat Lutterus. an non mentiatur: negat
 se Boemorum patronum: et tamen articulos Hussiticos damna-
 tissimos. dicit et scribit esse christianissimos: hoc quod toties re-
 petit blasphemio ore. adhuc audet hic scribere perfricatæ fron-
 tis monachus. impudenter a me sibi obiectum quod illa hereti-
 cis Hussitis patrocinent. Vñ quæ ponit: velle sua dicta place-

Dogm
ata er-
ronea
Luteri

psal.

re et Boemis Turcis et Iudeis: in hoc utiq; placet his: dum Ro.
 contemnis pont. et ei sacrificulum æquas sacerdotem: sed quæ
 laus Luttere. placuisse malis: quid hic facies / si etiã diabolo be-
 ne places: et leoni circumeunti / quærenti quem deuoret. At ali-
 ud cornu erigit: quod faciat bellũ aduersus sanctos / velut apud **Dan.**
 Daniele. Si Boemi inquit mecum sentiunt / recte sentiunt: at
 contra ego dico / si Boemi tecum sentiunt / sentiunt sicut sunt:
 nisi neget mihi & Boemos esse hæreticos: sicut audio eum et **Uoua**
 hoc venenum effundere cum suo Philippo Melanchtone. Er- **heresis**
 go citra hæresis crimen est / non credere characterem / trans- **absq;**
 substantiationem et similia: ita disputant Vuittenbergæ: quare **heresi.**
 apud eos non est hereticus: etiam si in venerabili sacramento al- **negari**
 taris dicat se panem materiale pastum comedere. Vnde ille **trãsub**
 pidus venator insulse commiscet articulos Boemicos Catholi- **stãtia =**
 cos: et abiectos ac damnatos. Vnde certum est ipsos se iactasse **tionem**
 quod habeant in his articulis: in quibus ab ecclesia catholica dis- **Hussie**
 fident Lutherum patronum: et reuera est Hussiticissim⁹. Nec est **tar pa**
 opus. D. Emser mutuo accipiat memoriã Eckianam: vt argu- **tronus**
 menti suscepti / memor esse possit: qui ingenio. eruditione et me- **memo =**
 moria plurimum valet: vt tu deo amantissime præsul Ioannes **ria Ca**
 testis es: qui in expedita oratiõẽ die consecrationis tuæ / memo- **rolsta =**
 riam suam: ostendit. Quod si etiam Eckius tm̃ memorie quan- **dij.**
 tum omnino habet collega Luteri Carolstadi⁹ Emsero mutuo **Gene.**
 daret: tamen adhuc Lutero memoria non cederet: sed gloria et **Deut.**
 honor sit auctori nature. ¶ Quod porro somniator fingit / non
 ille de quo patriarchæ dicunt ecce somniator venit: sed de quo
 domin⁹ ait. nõ audias verba somniatoris illius: quasi. D. Emser
 voluerit. Boemos iactare aliena dogmata & suos errores no-
 mine Luteri: hoc ego in epistola non lego: et q̃s iactantiã Lute-
 ri nõ detestetur / cum multos dicit christianissimos Gallos. Ita-
 los. Anglos. Germanos. Hispanos iactare dogmata sua: quid
 si mul⁹ mulũ scabit? quid si similes habet labra lactucas. Ego cõ-
 tra optime præsul spõdeo me disputaturũ cõtra errores Lutera-
 nos: vel in studio Romano. Neapolitano. Bononiensi. Parrhi- **Exhibi =**
tio con
tra erro
res Lu
terãos

Dispu- sino, Tolasano Liuoniensi, Coloniensi: aut Viennensi: habeat
ia. optionem Luderus: mō illic statim feratur iudicium vbi erim?
auditi. Si succubuero. porrigam herbam & lampada. & expēs
sas luttero iudicio eorūdem refartiam. Victus aut lutterus, so-
lum errores reuocet / scandala in ecclesia dei non faciat: & po-
pulum dei seducere desinat: ita regia via venabor cum luttero
vt si forte venatio leonis (iuxta Hiere vaticinium) sit onager
hæremita: in herēmo dicere oportebat: & sic liquidū fiet: quis
sit filius & dux tenebrarum. ¶ Venator noster alios canes emit-
tit: quia Boemi scismatici publica deo fecerint & quotidiana li-
cet pphana sacra pro lutero: quando cōtra me certauit Lipsiæ:
Catho Vera hæc sunt & certissima & quamuis dolose dissimulet Lu-
lic? di- tterus: hæc tamen benenouit: quare in dubie Boemi sentiūt cū
ci de di gnatur luttero in propositiōibus lipsiæ disputatis: quis hoc vel Chore
Lutter bo stultior ignorat. Culpat itaq; Emserum non debuisse eum
ab Em Catholicum scripsisse. Si indigne fers Luttere catholicum no-
fero. men: statim tibi nomen conueniens & quod tuis meritis respō-
deat dabimus & te nominabim?. Hussitam: Es ne iam condi-
gno nomine baptifatus sed quid in hoc peccauit. D. Emser qui
non dixit te nullos habere articulos dānatos Hussiticos: effluit
enim illa in te putredo & sanies Hussitica: sed hoc boemis obij-
cit: quod tu saltem ore (in corde forte aliter sentis) dixisti, non
placere tibi Boemos recedere ab vnitae ecclesiæ: & in hoc eos
malefacere. Quod si omnino. Do. Emser in corde existimat te
hæreticū esse per hanc dextram tibi iuro, eum non procul esse a
vero: nihilominus scripto secutus est tenorem verborum tuorū
quibus te negasti boemorum patronū: tu vero reputa apud te
ludere: & interia venationem tuam venenatam omitte: an ista
verba prius sint tibi nata in corde vel in ore: Sic tu eris vir Lut-
Lutter tere, qui ex eodem fonte hauris dulce & amarum Emserum di-
vult es cit suum esse ruffinum: sic lutterus vult se facere Hieronymum
se Hie- faciat si velit se regem fabarū: ruffinus fuit magna pars docto-
rony. rum ecclesiæ, ait Gennadius: licet Hierony. cum Ioanne Pico ei
semper preferam. Satis tamē hic liquet Emserum defensum nec

sibi contra dicere: vt ridiculus cucul⁹ hic cū laruis pugnat. Nec Boemos somnarios infectatus est. D. Emser: sed eos qui ro. ad uersant ecclesie. scismaticos: et hæreticos: nisi Lutterus impudēter dicat: totam ecclesiam esse somniatricem. ¶ Sed quā ca-
ptiose & sophistice assumit, ac si .D. Emser arbitretur dogmata Lutterana esse vera: quos hic ait cauillos: quibus vincitur reticulis: vbi vnq̄ ipse dixit dogmata tua esse vera: credo interrogat⁹ quid sentiret ex sentētia de tuis peruersis doctrinis: statim iudicaret pro sua eruditione: eas esse sacrilegas & damnabiles: Miranda ergo est cuculle istius infania, cum dicit inueniri nos mēdaciter & inique boemos prohereticis habuisse: mendax ergo erit totus Christianos orbis & viri catholici in Boemia: qui alios prohereticis habent. Desinat igitur luterus ipse mendacij virum integrum & eruditum Emserum accusare: cū eum nullis omnino mendacij pudeat: neq̄ em̄ clam scripsit / vt aues celi portarent ad ipsum vocē eius: cum per calcographi prælum fecerit epistolam per mille exemplaria diuulgari: quare non ar-
roget sibi nouus propheta: qd̄ domius ei dederit scire discretionem spirituum sensum Christi & profunda dei. Quis enim nouit sensum domini: aut quis eius consiliarius fuit: lex & prophete vsq̄ ad Ioannem: arbitror luterum suis tetrīs & monstrosis doctrinis citius penetraturum profunda inferni: quam agnoscere discretionem spirituum & profunda dei.
¶ Dū Emser autoritate Bedæ asseruit hæreticos vera falsis mis-
tere: quod & Augustinus. Hierony. & Greg. & ita Ioan. Hus. damnate memoriæ aliqua vera dixerat: insurgit Luterus quasi contra sacrum constanciē cōcilium dixerit, aliquos articulos Hussiticos male esse damnatos: sed ostendat vbi .D. Emser vnquam hoc dixerit: vbi aduersatus fuerit sacro concilio. Arbitratur ne alios similis esse pertinacię & proteruię: vti ipse est: qui sanctos patres. Ro. pont. decreta sacrorum conciliorum canones tā libere: Immo tam temere neget. Sed quod ad me attinet: duo mendaciter mihi imponit: primum quod Nicenum concilium contempserim. In quo mihi apertissime iniuriatur: q̄ in

Hussi-
nus ge
nad. pi
cus.

Lutter
propheta.

Bedæ.
Augu.
Hiero.

nicenū
cōcilij

B

exceptis pernotarios notum est & nouit tota Lipsia: qd toto di
sputationis cursu, non modo nullum negauerim concilium vel
contempserim: sed nec vllum doctorem sanctum negauerim:

Ecki Age iam quis in maiori p̄tio habet ecclesiasticos doctores. An
venera Lutterus / qui tam temere eos negat: & suam sententiā antiquis
tur ec- sanctis preponit cōtra. S. Clemētis vltimū canonem: An Ecki
clesia = us, qui eorum suspicit dicta / eorum veneratur autoritatem: quā
sticos. uis me non pretereat posse aliquem sanctum doctorem negari
qs con qn̄ alij plures ei resistunt etce. Alterū qd dicit me magistrū spi-
temnit ritussancti factum aliter declarasse concilium cōstancien: quod
Lutter est falsissimum: cum articuli per me adducti sint clari & aperti:
clēmēs nec credo lutterum vnquā vidisse declarationem p̄ deputatos
Luteri a cōcilio factam super articulos: sicut ego vidi et legi: Ita em̄ so-
sciētiaz let lutterus plus ramis q̄ radicibus inherere. Dein nouerit Lu-
terus & hoc in triplo plures errores Hus. & Hieronymi. fuisse
agitados & ventilatos in concilio / tū solum .xxx. fuisse condē-
natos / vt patet in actis Henrici de Pyro. Sicut Ioan. Vuickleff
Zent. solum .45. articuli fuerunt damnati cum tamē agitati essent. 223
Pyro. articuli prius Oxonię condemnati in Anglia: quorum omniū
Articu copiam habeo penes me: Sed parat sibi virgā qua vapulabit lu-
li vuick terus: si declarassem etiā concilij articulum. tunc ait me factum
leff magistrum spiritussancti. Das ergo sicut merito credere debes
Cōstā cōciliū a spiritussancto Constantiæ rectū: Cur ergo audes ar-
ci. cōci ticulos ibi condemnatos spiritussancto rectore, dicere (diabo-
lium: lo instigatore) esse christianissimos & euangelicos. quę te cor-
ripit Erinnyes: quę agitant furie: quę te inflauit maledicen di li-
bido: De scriptis vtriusq̄ presens iudicabit seculū, feliciter po-
steritas: cum iam propediem ibit In lucē liber noster de prima-
tu. S. Petri: frascas luteranas quaternionum in dies video in cu-
culis myropolarum absumi. Sed grāmatici Theologi pulchrā
Frigi- videamus dialecticam. Me asseris catholicum: ideo necesse est
da lut- dogmata simul catholica asseras: quod si Cypriano accomoda-
teri illa ueris. videbit quā lacere & inualide argutetur. Cyprianus mar-
tio. tyr catholicus fuit: tamē dogma suū de rebaptisandis baptisā-
Cipri.

tis ab hæreticis non statues catholicū. Quod. D. Emser nimiū
 credulus dolosis verbis luteri: cū exponit se nō asserere sua / pas
 ratum si meliora doceantur: recantare: hoc scriptis potestatus
 est: hoc voce dixit: qua protestatione arbitratus est. D. Emser
 eū ad hoc catholicū dicēdū: etiā si peruersa essent eius dogmata
 sicut. Bern. Augu. Cyprianū excusat aduers⁹ donatistas de bap
 ptismo li. ij. sed hebetē vide Reuerēde præsul luteranā intelligen
 tiā: dū. D. Emf. narrasset publica deo supplicia: q̄tidianaq̄ (licet
 p̄phana) p̄ luterō Boemos sacra fecisse: excandescit p̄ solito fu
 rore luterus: obiurgans quo pro veritate sacra prophana dicat
 aut pro mēdacijs dicat sacra facta: ignorat grammaticę Theo
 logie doctor / quō in omni secta sacra facere dicantur execratif
 simi: dein hereticos sacra facere catholicus oīs nouit: q̄a celebrāt
 cōficiunt baptifant &c. Ista sacra tñ p̄phana sunt: qm̄ dñs p̄ pro
 phetā ait. Maledicā bñdictionib⁹ vestris. Verba sūt clara & fin
 cera. D. Emser: que a deo tāta calūnia currūpit & p̄uertit luter⁹
 vt inuidiæ suę & libidini maledicēdi satisfaceret. ¶ Quod porro
 iactat se luterus, sacra se facere pro Eckio, & Emsero: precepit
 Christ⁹ / nesciat sinistra tua qd̄ faciat dextera: & hic iactat se p̄fe
 ctum qd̄ sacra faciat p̄ inimicis: diligenter inq̄siui lipsiæ: an luter⁹
 celebraret missā: qm̄ magna occurrebāt festa: nō potui cer
 tiori fieri / qd̄ semel celebrasset trib⁹ istis septimanis: quamuis in
 hoc plus eū laudari: si sn̄iam pastoris. D. Leonis x timens absti
 nuerit: oro ego tm̄ ne sacra luteri mihi noceāt: quō oremus p̄ in
 uicē / nouit scrutator cordiū de⁹. Sed vult luterus sacra fieri p̄ er
 roribus suis etiā a Turca: q̄les sunt intercessores / tales doctrie .f.
 erroneę. spurcę temerarie. scādaloſę et heretice. Gloriosus thra
 so sacrileg⁹ venator iactat se cepisse mollossis Aegocerota olim
 Albanis canib⁹ (q̄s ferocissimos tradūt hystorię) insectandū: si
 perrexerit: venator ille adhuc spirās minarū, aut hyrcoceru⁹ fa
 ctus. cornu in nare gestat. Qui timeat cedat: imodestīā suam &
 oīne vir⁹ suū euomit luterana malignitas volēs Aegocerota no
 strū: capere. euiscerare. et glubire. D. Emf. vt est i solida Theolo
 gia egregie doct⁹ / in ep̄la p̄gredit̄ rotundis q̄busdā rōib⁹ suade

Augu.

Malac
ch.

Iactā
tia luteri.

Math

Lutter
landā
dus.

B ij

Deut, re et euincere, primatū esse iure diuino in ecclesia: quia in synagoga fuerit ut de Aarō liquet: quae ratio in libro nostro de primatu Petri / satis instructa certamē ingreditur: quae ratio non est opus ut ei iuicte. modo subsidiaria auxilia committamur De mola superiori et inferiori arbitror. D. Emser secutus glossam interlinearem quae timorē ait significari mola inferiori vetus autem lex, lex fuit timoris: plura memini me legisse super ea: sed

Syna- hac diecula et venator cum canibus suis mordacibus omnino capiendus est. Et reuera otiosa fuit: maximis oneribus pregrauata. synagoga

goga. ad ecclesiam et sponsam christi comparata: vnde recte voluit. D. Emser sicut Aarō fuit cunctis sacerdotibus prelatus: ita maiori in ecclesia debet esse summus sacerdos alijs prelatus: at vnde luterus in mentem venit inuidia adsorpto. ut incuset Emserum / quasi nouum sacerdotem non preferat veteri plenitudinem signo veritatem figurae: cum somnia ista & portenta malorum: apud eum non legantur: sed ex morbo & pestifero capite Luterus pro suo arbitrio haec finxit. Vnde quia primatus sacerdotis fuit in figura in signo: sit & in veritate et in plenitudine: ad hoc nihil dicit luterus nisi quod cauillos, ledoria, & portenta verborum extraria adfert: ut veritatem eludat: ut suae stulticiae & amentiae similes, vanitatis poculo inebriet: Haec tota ratio cur fugiat iudicium: timet enim ne vafriciae, technae, & imposturae eius in lucem veniant iudicatae: quas iam nequiter tegit multiloquentia: cauillis et scurrilibus dictis Notissima fuit nobis apostoli sententia Christum esse verum summum pontificem. Aaronem umbram: at haec

Lutter promouent institutum. D. Emseri: quod si in umbra fuerit primatus, sit et in veritate: quod ad pompam attinet vestium: est omnino extrarium: quomodo vestes praeciosae a sacerdotibus haberi possunt: certe in cultu diuino non improbo. Sed Gordium nodum nequit hypochrita: quia in veteri testamento vnus fuerit sum, sacerdos: iam sint duo: quia Christus & eius vicarius: ita perpetuo delirio insanit luterus: quasi dominus & vicarius pro duobus computarentur. Et omnino non impedit: est christus caput nostrum: sed oportet: ut sit aliquod nobiscum conuersans: ad quod possit fieri sensibilis fidelium cursus. Vnde perdidisti

Ad heb

Christus caput ecclesie.

ssime calumniatur luterus nouos Theologos, quia fastidient filium dei sanctum habere pro monarcha. Nullus enim vnquam fuit Theologus: qui sic fastidiret, vt mendaciorum artifex eis imponit. ¶ Addit præterea argumentum dignum Lutterano ingenio: noui em̄ probe hominē: hinc em̄ sophismatib⁹ se & alios sibi placentes seducit: impossibile est inquit vt totius orbis populi ex Roma petant ep̄os confirmari: luterus oim̄ stultissime quis ita dissipuit vnquam / vt diceret iure diuino omnes ep̄os debere cōfirmari e Roma ad intelligētiam luteranam: at hoc saxū in libro de primatu Petri voluimus: vbi nenas lutearnas magnifice tarctamus: ¶ Monachus hellebero dignus, simili semper perpetuo furit insania. D. Emser dixit papā tam sacrorum conciliorum interpretatione / quā voce Christi: pasce oues meas, totus furit Luterus & insanit, egreferens / quia cōcilium ius diuinum facere nequeat: at non dixit Emser / concilium fecisse ius diuinum: sed quia sacrum conciliū declarauit hoc esse de iure diuino: sic sacrum concilium Nicenum declarauit oumusian. in deitate cōtra perfidū Arrium: non fecit oumusian: ideo doctissime. D. Emser cum concilia dixisset declarasse monarchiā esse de iure diuino: mox subiunxit ius diuinum. pasce oues meas: at de illo plura in libro nostro de primatu. S. Petri: ideo subfannationes luteranas & sinistras: ac oibus Archiep̄is et ep̄is de tractorias interpretatiōes: nō prosequor: qd̄ illic pro meritis sophismata & cauillos eius tracto: Optarem tñ dignissime præsul Ioan. vos oēs deo amabilissimos ep̄iscopos, tantā curā regiminis spiritualis gerere: vt frontofus monachus infulam pontificalem tyrannidis vel otij insimulare non possit. Videbit tamē luterus insignem eius inscitiam, in libro de primatu. S. Petri: & si deus ei meliorem dederit spiritum. penitebit eum maledicentiæ: procacitatis, orrorum, farraginis verborum. ¶ Pergit malefanus venator ex mure facere Elephantem, ex prærancida inquam sua ratiuncula / q̄ ecclesia Christi post eius passionē fuerit. xx. annis ante Ro. ecc. at de hoc i libro de primatu petri: vbi primū falsitas assūpti detegit: & dein fragilitas ratiōis tota des-

Conci
lia pro
papa.

Nice
nari.

B iij.

**Infula
Hussiti
ca inco
Bustibi
lis.**

psal.

Luc.

Arrius

Hiero.

nudaſ in cineres redigēda: niſi forte vt infula Huſſitica, ita preſ-
ſtigijs ſit cincta, vt ab igne cremari non poſſit. Sed. D. Emſerū
grauiter obiurgat/velut ſibi cōtradicentē: dū primatū Petri di-
cit eſſe iuris diuini: & tñ lento paſſu res humanæ incedāt: at de-
pone hebetudinē capitis tui deraffe frater: non eſtimas dignita-
tem pōtificiam romanā eſſe humanā rē: & tñ iure diuino ſtabili-
tam hanc poteſtatē: an iſta inter ſe diſſident ſartor ſatorq; malo-
rū: profecta res eſt hūana hæc poteſtas / ad hominū ſalutē pti-
net a deo autem largita eſt hmōi pſelatio: Indigne fert hyſtrico
ſus venator. D. Emſerū attuliſſe exemplū de latrone ſero pæni-
tente. quaſi nō appoſitiſſimū ſit exemplum / dum quid oſtenſuri
ſumus mora temporis / nō deterius fieri: vñ Cayphas & Balaā
exēpla terribilia ſunt luterō / qui ita veritati p ſpiritūſanctum in
ſacris ſcripturis, & ſanctis concilijs reuelate, tanta ſingularita-
te & obſtinatione reſtitit: vt de vinea ſua dñs dicere poſſit in lu-
terum / ſingularis ferus depaſtuſeſt eam: ¶ Semper ſibi ſimilis
luterus / hoc quoq; falſo imponit. D. Emſero / quod primatus
Petri ocioſus fuerit. xx. annis: quod ille nunquā dixit: ſed ppo-
ſuit. non obeſſe Ro. eccieſiæ ſi. xx. annis Petrus remoratus fue-
rit hanc pſelationē ei dare: at per hoc quis niſi demēs inferet pri-
matum Petri ob id fuiſſe otioſum: cū & Hieroſolimis & antio-
chia eo vſus ſit: de quo in libro de primatu Petri: At ruinoſum
ſubdit fundamentū / quod et lipſiæ nō verebaſ adducere: qa ſan-
ctus Petrus ſe mitti. ſicut inferior. paſſus eſt act. viij. Hoc erat
fundamentū pſidiffimi Arrij. filiū eſſe minorē patre / qa a patre
miſſus erat: Sic inualidū querit pſidiiū / quia Petrus rationem
reddiderit Act. x. quaſi pſelatus ad vitandū ſcādalu facti ſui ra-
tionē reddere nō teneat: ſic lacerat ſcripturam ſacrā / grāmaticę
Theologiae doctōr: Sic tertio falſarius noſter corrumpit ſacrā
ſcripturā: dū blaſpheme audet aſſerere ſententiā ſuam Iacobi au-
toritate mutatā aut cōfirmatā: nā quilibet grāmatic⁹ etiā Theo-
logus intelligit nihil imutatū de ſententia Petri: ideo Bene dixit
Hiero. Petrū fuiſſe principē huius decreti de legabilibus: iocos
itaq; q̄s ſcurra ex illis locis falſe & corruptiſtime intellectis ex-

puit: floccifacimus: Congrediat̄ mecū luterus sub p̄sentib⁹ iu-
 dicib⁹: & fiat piculū. vter rectius sentiat de iure diuino .de sacris
 lris: luterus velut insignis cōuiciator. refert se ad calamū: q̄ vene- **Eckij**
 noso suo p̄posito satisfacere possit: sed iudiciū more reorū fugit **exhibi-**
tio.
 At impudētissimū mēdaciū luteri q̄s feret: cū inqt suā p̄positio-
 nem de primatu papę esse cōciliū Niceni: hic em̄ est vel Thessalo
 vel cretēsi mendacior: q̄d nūquā viderit canones Niceni cōciliū
 luterus: ego cōtra ostendo in libro de primatu Petri Niceni cō- **Nice-**
 ciliū autoritate Ro. pont. obtinere primatū vniuersalis ecclesie: **nū cō-**
ciliū.
 in quo candidū lectorē. vt mēdacia luteri deprehendat. remitto
 ad canones eiusdē cōciliū: ad epistolā iulij cōtra Arrianos ad ac-
 ta. vi. cōciliū Chartagineñ. pari mēdacio crocitāt. me hęc fugi-
 tasse lipsie: cū tota lipsia nouerit id cōmentum esse luteranū. pur-
 rū/purū mēdaciū: vñ hoc de sacro niceno concilio. scelestā lute-
 ri linguā in libro de primatu Petri cōprimo. Sepe dixi & modo
 dico: luterū nūquā solide attingere aliqd / ramis inhæret. plusq̄
 radicibus: Sic mihi pari temeritate cū suo grāmatico phillippo
 melāchtone negauit libros machabeorū esse de canone iuxta cō-
 stituta ecclesie: cū null⁹ eorū canonē vnq̄ viderit ecclesie de lib-
 ris Byblię receptis: si nō ita supbirēt: & hęc ab Eckio discerent
 essēt forte doctiores: vel ostēdat mihi canonē: i memora nō erit
 vlla: parū ad istitutū cōfert / q̄d ait nō timebo Eckiū fortissimū
 et vocalissimū. Si nō times: cogredere ergo. cōfer pedē sta fortis **Lutter**
 cōtra sub iudicib⁹: q̄ statim decernāt. Sic et illud paruipēdo / q̄d
 dicit me nō posse feliciter docere sacras lras: sufficiat Luttero q̄
 ipse infeliciter docet errores / scādala: hereses: & si qd est pestilē-
 tius lactat se detritū inter scolasticos doctores: dispereā si vnū **Hiero.**
 itellegerit: verissimū est illud Hier. Arrogātia tua decepit te: qa
 cū re vera infirm⁹ sit eruditiōe luter⁹. fortis tñ est mordēdo. De
 scēdit dein ad hoc vt cōtra Emse. ostēdat / se non oia euomuisse
 q̄ habuit in hac. materia. lipsie: de hoc cōferat liber suus errorib⁹
 plen⁹ de potestate papę. ad disputationē lipsicā: & constabit eū **Lutter**
 oia expuisse q̄ habuit ex actib. ap̄lorū et cōcilijs: neq̄ refert qd **nō opa-**
 fraudulētus luctator dicit me q̄tuor dieb⁹ fuisse oppugnatorem **posuit.**

qm̄ vt legēti disputationē palā etit. sophista ille & ptheus. callis
de dū erat responēds / mun⁹ opponentis assūpsit: & oīa tela fors
tiora in me detorsit: vt dū ptes oppugnatoris ad eū deuenissent
pauca restabāt adhuc iacula. & ea debilia: de q̄ me refero ad ex
cepta p notarios: pari supbia cretulat dum exesa dicit et triuialia
mea fuisse argumēta: et indignatū se carlestadio / q̄ dīā vberes p
tulerit solutiōes ad triuialia mea obiecta qd̄ adeo apte mētiri au
des verberabilissime trifur: & quō dolis cōsutus venis: illū vber
rē dicis fuisse: cuius sterilitatē deplorastis: qd̄ hoīem adeo ieius
nū: frigidū. & obliuiosū incertamē & arenā descendere per misis
stis: quære lipsiæ / & audies de copia Carlstadij / non eruditio
nis quæ parua est. sed de copia prelegendi ex libris puerorum
more: At detegetur & hæc falsitas disputationē publicata: Illud
tamē maxime verum crediderim / quod luterus nec vlli affuerit

Lutter disputationi / a qua libentius abierit: seim⁹ quis odiat lucē: quis
refugit fugiat iudicium: Et certe ego sperabam me auditorum latentio
dispu res sacræ scriptoræ sensus: tunc Hussiticorum articulorum intel
taidēs ligentiā audire cogebat: & q̄ arbitrabar me cū. D. Theologo ca
tholico et religioso disputatorū: tūc cū Hussita mihi negotium

Conci fuit. ¶ Sed eruētat verbū pestilēs luterus. audens dicere / qd̄ in
lia con hunc diē argumentū de Niceno cōcilio nōdū sit solutū: nā in eo
traria. patres contrariū statuerunt articulo Cōstancien̄ concilij: proh
hoīum fidē qd̄ non audet desperat⁹ et male san⁹ monach⁹: tantā
inurit notā sacratissimis cōcilij. q̄si pugnātia et cōtraria statue
rint: absit hoc pcul a spiritu sancto vtriusq̄ cōcilij rectore et do
ctore: at iā dixi. Bardocuculla nūquā vidit conciliū Nicenū: tū
hoc quoq̄ addidi / aptissime pbari excōcilio Niceno primatū
Ro. ecclē quē cōcilij cōstantien̄ articul⁹ affirmat: vt hæc plixē in
li. de primatu Petri: et hic videbit cōciliū Nicenū nō esse Tyde
um luteri sed Arrianū potius aliquē apostatā. tutorem aduocet.

Judas ¶ Tāta aut̄ malignitate abutit̄ sacris lris adducēdo Iudā habus
primus esse primo primatū inter apostolos / et dein Mathiā: vt cuculla
apud ista nō sit nisi pice sulphure. et igne digna: quare tam absurda et
Lutter prophana quis prosequeretur. Sic et illud pudet recensere. Ro.

pontifices quæsisse hunc primatum / vt quodlibet audendi ha-
berent potestatem / & tyrranidem / et sic hac potestate / quæ ad ædi-
ficationem solū data est, molirent aliud nihil / quā destructionem.
Hoc ego firmiter credo cum .S. matre ecclesia Petrum consti-
tum vniuersalis ecclesiæ pastorem a Christo : hanc quoq; po-
testatem habere credo omnes qui in Cathedra Petri sederit: co-
lo item illud domini præceptum . principi populi tui non ma-
le dices : qui em̄ principi maledixerit morte moriatur placet tñ
omnino mihi: pontifici erranti non adulandum vllō pacto : sed
admonendum & modeste increpandum. Nam omnino Chris-
tus omni homini præferendus est: sic Paulus reprehendit Pe-
trū & Ietro plus sapiebat aliquando quam Moyse : falsissimū
aut̄ est / quod tanta temeritate effutiuit Lutterus, nullā esse po-
testatem in ecclesia nisi pro peccato coercendo : cum æque sit
in ea potestas boni promouendi: sicut mali coercēdi: alioquin
non confirmabit puerum infontem: non ordinabit iustum ado-
lescentem . Conuerso penitenti & satisficienti non porriget
venerabile sacramentum Eucharistię . Maioris quoq; negocij
esset disputare super abusibus Roma . Curie: quas illic vigere
ait Luterus: omnino iste modus corrigendi non placet: dum lu-
terus nunquam adhuc arguerit Ro. pont. inter se et illum: quod
iam mox dicit ecclesię: vnde profert bene mandatum apostoli-
cum. Seniore ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: sed egre
illud obseruat. Venenum tandem solitum effundit nullā esse ma-
ioritatē ecclesię: innixus verbis Christi: male intellectis q̄ : vult
maior esse sit seruus vester: de quo in libro de primatu : et in dis-
putatiōe lipfica. ¶ Porro in fine deplorat Luterus a venatio-
ne fessus disputationis lipficę finem: que fructus afferat ab apo-
stolo descriptos. i. Thim. vi. Sed dicat mihi lutterus aut aliquis
canonicus seminator errorum Lutterani: quis fuit inculpa: nisi
Luterus cum suis? cur non tacuerūt silenter iudicium expectans
do felicis Parrhisini studiij? hoc fuisset veritatem fidei querere
at hoc non intendebatis: sed inanis gloriolę fumulos : populi
rumusculos: vanam ostentationem: quod cum non procederet

Exo.
zz.

¶
Cano-
nici in-
docti
Luter-
ani.

Lipſen
lupos
dicit lu
ter.

& acceptam velletis detergere ignominiam: ad iſtud amarulē-
tum & inuidioſiſſimū genus ſcribendi vos cōtuliftis. Et Deū te-
ſtor: ac omnes ſanctos. me inuictiſſimum his calumnijs respon-
diſſe: qui nihil magis optabam, quam vt veritatis ſynceritas iu-
dicio parrhiſino fuiſſet manifeſtata. Ob id em̄ diſputaui: ne ſcri-
berem: & iam contra euenit: vt dum diſputarim, maxime mihi
ſcribēdum ſit: ne errores, hærefes, & peruerſæ doct̄rinæ, luttes-
ranæ nimis inſolenter iactatæ, triumphū fictum agant: & ſim-
plices ſeducant. Sed religioſum audiamus monachum, neſcie-
bamus nos eſſe in medio luporum: inter quos fuit lipſiæ luttes-
rus: inter illuſtriſſimi principis & domini .D. Georgij. Saxo-
niæ ducis. etc, cōſiliarios. inter gymnāſij lipſenſenſes: & ma-
ledicentiſſimus omniū. audet hos lupos dicere. canibus & por-
cis aſſimilare. Et viciū quo maxime laborat in querenda glo-
ria. alijs imponit: veritatem. deum teſtor. quæ ſiui: ideo iudiciū
expectaui: ſed cuculla veritatem non quæ ſiuit. ſed gloriam: cui-
us euidēs ſignum eſt. varia illa mordax & iniurioſa ſcriptio et
arrogans: qua glorioſus Thraſo encomium canit ante victo-
riam: Vellem adhuc quieſceret in ſpiritu lenitatis & humilitatis.
ac mecum in bona trāquillitate iudicium parrhiſinum expecta-
ret: pacificum vtique habuiſſet & modo haberet Eckium / ſi ſi-
luiſſet, auſcultans quid veritatis Chriſtianæ magiſtri in Athe-
nis Chriſtiani orbis, Parrhiſenſis de noſtris ſententijs ſtatuiffent.
Hec obiter ampliffime præful volui breuib. tangere: quod vi-
derem. D. Hierony. Emſer iniuria a luterō ita ludibrio habitū:
quod nec eruditio varia & recundita. integerrimi mores virtus
tibi optime cognita & ſpectata, ſacerdotij honor, circumſpe-
cta prudentia, tam impudentem & mordacem merebantur in-
uectionem: & candidus Lector expenſa Emſeri epiſtola facile
hęc omnia agnoſcet: parce aut̄ quiſquis hęc legeris, & tu in pri-
mis optime antiſtes, ſi mordentem remordi: nam ferus ille ve-
nator & bilioſus, non aliter tractandus erat: coactus enim ſum
mihi ipſi vim inferre, vt durius agerem cū eo, quā genuina mea
patiebatur humanitas. D.O.M. Hoc faciat, quod per prophe-

tam promisit: vt repudiato tabifico illo venatore luttero. Vena
tores pacis & salutis adueniant: mittam inquit apud Hiero. eis
multos venatores: & venabuntur eos de omni monte, & de om
ni colle & de cauernis petrarum: quia oculi mei super omnes vi
as eorum. Vale præfulum decus ex Ingolstadio. xxviij. Octob
ris. Anno gratiæ M.D.xix.

FINIS,

100. 1012. 1013. 1014.



F 3749

ULB Halle


3



001 007 467



Handwritten signature or initials in blue ink.







Joannis Eckii

pro Hieronymo Em-

ser contra malefanam Luteri Ve-
nationem responsio,

SOLI DEO GLORIA,

28.

3.

